



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Maria De Oegnies. 23. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

402 VITÆ SANCTORUM. 23. Junij.  
anno CCCC. XXXI. hic etiam vindicias  
secundum libertatem à morte accepit.  
At tunc Nola, immo Italia iterum captam  
se putavit, libertatis suæ auctore amissio.  
*Ex Dial. S. Greg.*

*Nihil tam divinum homo habet, quam  
de aliis bene mereri, tametsi ille majora,  
hic minora beneficia conferat; uterque ni-  
mirum pro suis viribus. Faccalmitosò sis  
Deus, Dei misericordiam imitando.  
S. Greg. Naz. de amore Pauper.*

S. MARIA DE OEGNIES. 23. Junii..

**E**X amplissimo virtutum MARIÆ  
OEGNIACENSIS viridario flores  
omnes præter virginitatis lilyum licet carpere. Hoc enim illi parentum importunitas invidit, qui invitam nuptijs illigau-  
runt; quarum vix libato usū, marito continentiam persuasit, magnâ Christi  
approbatione, cuius crucem nunquam  
sine lacrymis, nunquam absque suo  
aliortumve bono odoravit. Militem gene-  
re, quam moribus nobiliorem suis præ-  
ceptionibus perductum ad frugem, malus  
dæmon ad infames naufragiis ejus sco-  
pulos retraxerat. Id Maria longè ab-  
sens vidit tamen, &c Crucifixi affusa  
pedibus, precum finem non antè fecit,  
quam infelici avulsum contuber-  
nio, Deo sisteret transfugam. Eandem  
sibi apud Deum patronam animæ pia-  
cula-

cularibus ardentes flammis optarunt, supplices nonnunquam ad eam manus tendere visæ: & verò quid illi cælum negaret, centies per diem flexo poplite supplicanti, trecentis plagis laceranti corpus, atro pane vexanti verius, quam extinguenti famen, & sanè non duraturæ inter hæc supplicia, nisi Angelorum præsentia foveretur, & familiari cum Dei Filio usu, qui subinde suâ infantia amabilis, aliás agni aut columbae specie decorus, ei delicias faciebat. Ab hoc illi mira in divinas laudes eloquentia, vires adversus inferni laryas suppedirata, quarum cum se una morienti ingreret, hoc ejus convitio fugata est: *Disecede sanies, & tristitia.* Id quâ fronte dicent, qui per omnem vitam se tam cupidè in hujus belluæ simeto volutarunt?

*Ex Surio.*

*Quid aliud Purgatorius ignis devorabit, nisi peccata tua? Quantò amplius tibi ipsi nunc parcis & carnem sequeris; tanto durius postea lues, & majorem materiam comburendi servas. In quibus homo peccavit in illis gravius punietur.* Thom. à Kemp. l. 1. c. 24.

S. IOANNES BAPTISTA. 24. Iunii.

**I**OANNES melioris Solis melior Phosphorus ortus sui nuntium Angelum habuit. Ipse in matre jam sanctus, vix

Cc 2 natus